Atto di Nomina Ecclesia Felini J. Neuschel Vescovo di Parma 1846

JOANNES

Abbas infulatus B. M. V.
Crucis Eccl. Mil.
Prælatus Domesticus
Dei, et Apostolicæ Sedis gratia
eidemque S. Sedi Apost.
S. A. I. Ordinis Constantiniani

NEUSCHEL

de Ivan in Hung.
de Piis meritis insignitus
ac Pontificio Solio Assistens
Episcopus Parmæ, et Comes
immediate subjectus
S. Georgii Magnus Prior

Dilecto Nobis in Christo M. R. D. [illegible] in eo qui est vera salus, benedictionem.

Cum pro munere Nostri Pastoralis officii viros idoneos potentes opere et sermone ad verbum Dei prædicandum mittere teneamur, qui plebes Nobis commissas vice Nostra instruant in lege Domini, de tuo animarum zelo, pietate, vita, moribus et scientia, quibus a tuis Superioribus apud Nos pleno commendaris testimonio, plurimum in Domino confisi, ut [illegible]

verbum Dei prædicare possis et valeas facultatem concedimus et impertimur. Te in eo qui Veritas est et Vita, admonentes, ut in tuis Concionibus, quas secundum Catholicæ Romanæ Ecclesiæ et SS. PP. doctrinam semper habebis, in simplicitate sermonis juxta audientium captum, Deum annuncies, virtutes doceas, vitia insecteris, pœnitentiam suadeas, æternitatem prædices, mandata Dei et præcepta Ecclesiæ servanda proponas, rebelles hominum voluntates ad Deum perducere coneris. Mandantes tam populo quam Clero d. loci, ut benigne te recipiant, honore debito prosequantur, et necessaria ministrent eorum impensis qui eas facere tenentur vel solent; necnon de consueta eleemosyna tibi respondeant.

In quorum etc.

Datum Parmæ ex Ædibus Episcopalibus die 22 Februarii 1846.

Joannes mpa Episcopus.

[illegible]

Atto di nomina,

"Johannes Neuschel [...]

Dei, et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Parmae, et Comes [...]"

atto di nomina

datato Parma, 22 febbraio 1846

Valutazione: Nessuna valutazione
Prezzo
Prezzo di vendita30,00 €

Fai una domanda su questo prodotto

Descrizione

1846; atto di nomina a stampa su carta; sezioni bianche compilate manualmente; alla parte inferiore firme per convalida e bel sigillo vescovile in ceralacca. Stemma vescovile inciso in b/n alla parte superiore. Testo in latino. Cm 21x31.

Condizioni di conservazione

Esemplare in buone condizioni con tracce d'uso, tracce di pieghe per conservazione, qualche minima brunitura. Al retro del margine superiore piccole tracce di precedente applicazione. Per maggiori dettagli vedi foto.

SC03.D17179 N